Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Hexameron
Ersteller:	Mediolanensis, Heiliger Ambrosius
Signatur:	3 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

gratiam nauigandi intercludit audaciam cõdere ſe feruntᷣ cete illa
immenſa genera piſcium equalia montibus corpora vt tradiderunt
nobis. qui videre potuerunt. illic quietum euũ exigunt. diſcreta ab
inſulis et ab omni maritimarum vrbium contagijs ſeparata, Intᷣ
ſuas regiones et habitacula diſtributa. manent in his inoffenſo ui
cinorum limite nec vago tranſitu mutationes querunt locorum.
ſed tanq̄ patrium ſolum diligunt. et in his immorari dulce arbitrã
tur. Que ideo elegerunt vt ſolitariam vitam remota poſſint arbi=
troꝝ interpellatione tranſigere. Sunt tamen aliqua genera piſcium
que non ingenij facilitate loca mutent. ſed fouendi partus neceſſita
te quem oportuno atq̄ legitimo ꝓcurantes tempore ex plurimis lo=
cis a diuerſo maris ſinu innumeri velut communi conſilio conue=
nientes cõiuncto agmine aq̃lonis flat⁹ petunt. et ad illud ſeptentrio
nalium mare piſcium quadam nature lege contendunt, Dicas ſi
aſcendentes videas reuma quoddam eſſe. Ita ꝓruunt fluctuſq̄ in=
terſecant ꝑ ꝓpontidem in euxinum portum violento impetu pro=
fluentes. Quis piſcibus hec annunciat loca precepta tempora?
Quis tribuit diſpoſitionem viandi comitandi ordinem metas. et
tempora reuertendi? Homines ſunt imperatorem habent cuius ex
pectatᷣ imperium. procedit teſſera ꝓponuntur edicta ꝓuincialibus
vt conueniant. tribunis militum littere diriguntur. dies ſtatuitᷣ. et
pleriq̄ ad dies ſtatutos occurrere non queunt, Quis imperator pi=
ſcibus precepta dedit? Quis doctor hanc tribuit diſciplinã? Qui
metatores itinera diſponunt? Qui duces iter dirigunt. vt null⁹
deſit occurſus. Sed agnoſco quis ille ſit imperator. qui ordinatione
diuina ſenſibus vniuerſorum ſuum infundat imperium. qui tacit⁹
mutis animantibus naturalis diſcipline ordinem tribuat. nec ſolũ
magna penetret. ſed etiam per minima queq̄ ſe fundat. Diuine legi
piſcis obſequitur. et homines contradicunt. Piſcis ſollemniter obit
mandata celeſtia An contemptibilis tibi videtur qui mutus eſt rati
oniſq̄ expers? Sed vide ne tu tibi magis incipias eē contemptu. ſi
irrationabili irrationabilior deprehendaris. Quis autem rationa
bilius hoc piſcium tranſitu. cuius rationem quidem verbis non ex=
plicant ſed factis loquũtur? Pergunt etiam eſtatis tempore ad fretũ
ponti eo ꝙ reliquo maris ſinu hic ſinus dulcior ſit, Non enim tam